



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Fratris Nicolai Caroli Gandensis Elegia in Catalogum Placentij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

¶ Signa eiusdem Principis, ab eodem
constructa Disticho.

Votis decipimur & tempore fallimur omnes
Mors ridet curas, anxia uita nihil

¶ Eadem fere ijsdem uerbis.

Votis decipimur & tempore fallimur & mors
Deridet curas anxia uita nihil

¶ Fratris Nicolai Caroli Gandensis Elegia
in Catalogum Placentij.

Nox erat, & tenui crepitantem fune lucernam
Non procul a nostra fecerat esse domo
Quum nouus ab dura ueniens incude libellus

Ecce oculos cepit sollicitare meos
Inspicio, inuenio nomen titulumq; Placenti
Næ fauor ex illo nomine multus erit
Si nescis, ille est hic ille Placentius: alto
Qui colit insignes abs Helicone deas
Tonsa illi fas est daphnæa tempora lauro
Cingere, & hoc Princeps Calleopeia finit
Quo tu Mosa lauas, hunc agnouere Poëtam
Quum iaceret gratus leta per arua nubes
Nam puer & cecinit uersus & Apolline dignum
Carmen: quod docto posset ab ore legi
Quanta fuit quondam Pælignocopia Vati
Cui facile Aonidum concrepuere fores

Tanta Placentinum conammat gratia carmen
Et uenit ad numeros Musa uocata suos
Commendata igitur tali foetura parente
Exit Apollineo ter relegenda choro
Materiam uero plaususq; fauorq; sequentur
Quod noua, quod nullis est celebrata uiris
Qui Leodi gessere pedum Christo auspice, quorum
In capitis summo uertice mitra fuit
(Sic titulus spondet) serie narrantur aperta:
Cum titulo constat & liber ipse suo
Legi: & cum legerem Vatem confessus amcenuis
Clarius in pingui lampade lychnus erat
Sic puto, sic placuit nitido affulger e libello:
Et rutila in doctas lumina ferre notas
Sed quum mirarer pedibus prodire solutis
Atq; stilum nullisubdere colla iugo:
Tum liber (hunc etenim monita excepiſſe parentis
Crediderim: quando mergeret e gremio)
Arbitrio quorum fortuna Placentia currit:
Primapibus uisum sic: ait: esse uiris
Cum peterem, cur non pluteo proæderet ictis:
Sæpe laboratum nec daret autor opus
Ille: ait: ingenio indulſit præſente Minerua:
Vel uoluit populo conſuluiſſe rudi:
Mox ego: ſublimem Leodini præſulis aula

Perge liber, tanto uindictæ tutus eris
Ne malus infesto lacerandum zoylus ore
Arripiat toto, dilaceretq; foro
Vade bonis anibus, & te iuuenesq; senesq;
Candidulo excipiant pectore, teq; legant
Quin sciat innoce plebes minus æqua Cucullæ
Esse sub hac qui te florida Pallas amant
Et quem pulchra iuuent Grynei barbata Phœbi
Et qui Pegaseis imbuat ora uadis.

¶ Quarundā Heroinarum territorij Leodiensis
seorsum Ciuitati Trudonensi finitimarum
Epitaphia, autore Placentio.

¶ Inclyta Heroine Mariæ, uxoris nobilissimi uiri
Equitis, Gulielmi a Durafso, Epitaphion.

D Vraffi hic coniunx q̄ festiuissima sudat
Sudat & incolumi nobilitate ulget
Phama tenet uiuam, quā marmora nulla sepultā
Sat seruant, Mariæ tam fuit amplius honos
Gloria non tantum, nec auitum stemma relucet
Montiniacena claraq; imago domus:
Quantum syncere mentis sã itilla serenat:
Et rutila accendit lumina nostra face
Sic perituram olim, uirtus facit entheia saluam
Quamuis coniugij scena sit alba tui
Bnixa es sexus utriusq; haud futile pondus